



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Formularium Episcopale**

**Barbosa, Agostinho**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Formula XLV. Facultatis visitandi monasteria Monialium ex delegatione.  
Apostolica.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10456**


rum possis unâ cum uno ex illis, quos superius nominavimus, te adjancto comite, ingredi, cui etiam comiti eo casu intra eadem septa ingrediendi licentiam impartimur; Præsentibus ad beneplacitum nostrum, & donec revocentur per nos duntaxat duraturis. In quorum fidem &c.

## FORMULA XLV.

*Facultatis visitandi monasteria Monialium ex delegatione Apostolica.*

**D** Rodericus &c. Dilecto nobis in CHRISTO Reverendo N. Salutem in Domino. De tua fide, prudentia, ac in rebus gerendis experientia in Domino confisi, auctoritate Apost. Nobis per diversas literas, tum Apostolica, tum etiam Illustrissimum DD. Cardinalium super Reformatione specialiter concessa, tibi per præsentem committimus, & mandamus, ut monasteria Monialium SS. NN. & N. Ordinis S. N. existentia in Diœcesi N. prout expediens tibi vide-

bitur, visites, & de ipsorum monasteriorum statu, ac ipsarum Monialium vita, & Moribus Regularibus institutis, ac monastica disciplina diligenter inquiras, ac super his, & quibuscunque abusibus, nec non criminibus, excessibus, & delictis, si quæ deprehenderis, processus facias, informationes quascunque sumas, atque alia quæ tibi commisimus, & quæcunque in præmissis, & circa ea necessarias, seu quomodo libet opportuna fuerint, facias, geras, & exequaris. Super quibus omnibus & singulis plenam, amplam, & omnimodam potestatem tibi concedimus, & impartimur. Mandantes omnibus, & singulis Abbatissis, Priorissis, Præfektis & aliis quibuscunque superioribus dictorum Monasteriorum, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna privationis officiorum obtentorum, atque etiam censuris, aliisque pœnis Ecclesiasticis, arbitrio tuo infligendis, ut mandatis tuis pareant, ne te in visitatione, correctione, aliisque per te faciendis quoquomodo impediant per se, nec per alios quovis quæsito colore, vel prætextu. In quorum fidem &c. Dat. &c.



CIRCA LICENTIAS PRO IIS, QUI NECESSITATE urgente etunt intra claustra Monasteriorum Monialium admittendi.

**I**NGREDI vero ( ut verbis utar Concilij Trid. sess. 25. de Regul. cap. 5. ) intra septa Monasterij nemini licet cujuscunque generis, aut conditionis, sexus,